

22. CC
COROLLARIA.

I.

MAxima controversia Medicorum est, quænam sit veritas medica.

II. Unicus est Sensus externus nimirum Tactus.

III. Mathematici demonstrant, mulierem una nocte posse concipere, & subsequente die parere, scilicet sub polo.

IV. Hypothesin de configuratione pororum parum conferre ad faciliorem conceptum formandum, de humoris in corpore animali specialis secretionem, quæ dependet potius à mechanicâ ipsorum vasorum Constructione, demonstrare conantur Recentiores.

V. Affirmant constanter nautæ Hollandi, sub lineâ æquinoctiali aquam reddi inflammabilem instar spiritus vini.

VI. Aqua est simplicissima Panacea, diluit enim salia & viscidum.

VII. Dolor sympatheticus, quem abscisis membris patiuntur quidam, impediri potest Encheirisi chirurgicâ.

VIII. Passio Iliaca aliàs desperata quandoque curari potest operatione chirurgicâ.

IX. Sine Mathesi, in vitijs corporis à Mathesi deducendis, Medicus non semper obtinere potest Finem.

X. Etiam è sale in aqua dissolubili vitrum perfectum igne fieri potest.

XI. Qui Boracis Confectionem docuerunt, tantum non omnes sunt mendaces.

XII. Adamantes sine acuto iustrumento optimè discindi possunt.

Dum

Dum calor & f
En Tibi de
Ex pugna Medica
Et dabitur c

Onatum Kero
Aerei, gress
Approbo, det que
Ut tibi succeda

MATTHIAS